

piētibus, sed in propriis & principiis & conclusionib-
us artium & scientiarum discordat, laborantes circa
apparentias in sophismatibus subtilitatibus, & de qui-
bus sapientes non curant. In propriis igitur vel secretis
vulgus errat, & sic diuiditur contra sapientes, sed in com-
munitibus sub legē omnium continetur, & cum sapien-
tibus concordat. Communia verò pauci sunt valoris,
nec propriè sequenda. sed propter particularia & pro-
pria. Sed causa huius latentiæ fuit apud omnes sapien-
tes, quia vulgus deridet & negligit secretū sapientiæ, &
nescit uti rebus dignissimis: atque si aliquod magnifi-
cum in eius notitiam cadat, à fortuna illud per accidēt:
suscipit, & eo abutitur in damnum multipliciter perso-
narum atque communitatis: & idcō insanus est, qui al-
iquid secretum scribit, nisi à vulgo celetur, & vix à stu-
diis & sapientibus possit intelligi. Sic currat vita sapi-
entum à principio, & multis modis occultauerunt à vul-
go sapientiæ secreta. Nam aliij characteres & carmina
occultauerunt: multi verò aliij per ænigmata & figura-
tiva, vt Aristot. dicit in lib. Secretorum: O Alexander,
Volo tibi ostendere secretorum maximū, & diuina pro-
videntia iuuet te ad celandum arcanum, & perficien-
dum propositum attis illius lapidis, qui non est lapis, &
est in quolibet homine, & in quolibet loco, & in quoli-
bet tempore, & vocatur omnium Philosophorum ter-
minus, & inueniuntur in multis libris & scientiis, innu-
merabilia talibus sermonibus obscurata, vt nemo in-
telligat sine doctore aliquo. Tertiò occultauerunt per
modos scribendi: scilicet per consonantes tantum, vt
nemo sciat legere, nisi sciat significata dictionum, sicut
Hebræi, & Chaldæi, & Syrii, & Arabes scribunt: sed &
Græci. & ideo est magna occultatio apud eos, & maxi-
mè apud Hebræos: quoniam Aristot. dicit in libro me-
morato, quod Deus dederit eis omnem sapientiam an-
tequam fuerint Philosophi: & ab Hebræis omnes na-
tiones habuerunt Philosophiæ principium. Et Albus
sar in libro Introducotorij maioris, & alij Philosophi, &
Iosephus octauo Antiquitatum libro hoc manifeste
docet. Quartò, accidit occultatio per mixtionem lite-
raturum diuersis generib: Nam sic Ethicus: Astronomus

Y y